



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Deipara singulariter confirmata in gratia in sui Conceptione, n. 22

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

esse animatum capitulo quinto ostendimus. At vero super eam: solium suum collocaisset utique Satanás, in eaque confundisset, si illam in eius Conceptionis primordiis originaria labe asperiat in iuum ius potestatemque redegisset. Et hæc de gratia, qua Deipara ab omni originali peccati labe immunis fuit.

DEIPARA SINGULARITER  
firmata in gratia in sui Conceptio-

ne.

B. Virgo      22 Quid autem attinet ad confirmationem Deiparæ in gratia, certum est eam in concione fuisse ipso Conceptionis sue immaculatæ articulo confirmata in gratia, & virtutum dona, arque habitus perfectissimo, atque heroico modo accepisse, talia quoque auxilia specialia, & actualia cum singulari Dei protectione ex eo tempore illi contributa fuisse, et speciale privilegium nulli hominum, quantumvis sancto, concessum habuerit, infallibiliter vitandi omnia peccata etiam venialia, ostentatur Sac. Conc. Trid. self. 6. can. 24. & hoc est, quod docet S. Thom. 3. part. quast. 27. artic. 6. ad 1. cum dicit B. Virginem à Deo in matrem electam ampliorēm sanctificationis gratiam obtinuisse, quam Ioh. Baptistam, & Ieremiam sanctificatos in utero Causis signum, inquit, est quod B. Virgo nisi præsumt esset, ut de cetero non peccaret, nec mortaliter, nec venialiter, alius autem sanctus fiscatis creditur præsumt esse, ut de cetero mortaliter non peccarent, divina eos protegente gratia. Ita S. Thom. Item in 3. dist. 3. q. 1. artic. 2. q. 3. in corp. In prima, inquit, sanctificatione Virginis gratia collata fuit ad bonum efficaciter liberum arbitrium inclinans, quamvis non esset sufficiens ad tollendam flexibiliter liberi arbitrii in malum, quam etiam homo in primo statu habuit: in secunda vero sanctificatione gratia superaddita fuit, qua ita potentiam liberi arbitrii impleret, ut in contrarium fieri non posset, non quidem tollendo naturam libero arbitrio, sed deficiens: sicut materia ecclesi ex eo, quod subiusta forma, quae omnem privationem ab eo excludit, non est insufficiens ad corruptionem. & in solut. 2. docet: Tantam gratiam ei fuisse insulam quando concepit filium Dei, ut ablata sit ei potentia peccandi, Ita S. Thomas, qui, ut ait Suarez, videtur velle Virginem in prima sanctificatione datum, ut nunquam peccaret: sed in filii Conceptio-

ne additum esse, ut nec peccare posset, & certe verba S. Thomæ hoc indicant, & sicut n. S. Thom., hil aliud sibi vult S. Thomas quam temitem in prima sanctificatione Virginis fuisse ligatum, & in conceptione filii Dei omnino extinctum, ut habetur 3. par q. 27. art 4. ad 1. de quo mox agemus: hoc tamen non impedit, quin ex mente S. Thomæ etiam in prima sanctificatione fuerit confirmata in gratia, ad hoc et nunquam ne venialiter quidem, peccaret, ad quod satis est accepisse à Deo infallibiliter hoc priuilegium, quod concedie in Virgine art. 6. ad 1. Nam & alii sanctificati in utero apud S. Thom. eodem loco cententur confirmati in gratia ne peccent mortaliter: quare licet B. Virgo liberè impletet præcepta, tamen in sensu composito ex mente S. Thomæ cum illa gratia, & auxiliis peccare non poterat, quod sua proportione communicest cum aliis confitatis in gratia, quibus confortur non peccare mortaliter: sed in Virgine fuit excellentius, quia erat priuilegium ad vitandum etiam omnia venialia collectivæ, & hoc priuilegium dixit Suarez tom. 2. in 3. part. disput. 4. sect. 4. esse idem cum confirmatione in bono: additamen Suarez, Virginem non fuisse minus impeccabilem in prima sanctificatione, quam fuerit post secundam sanctificationem, quam adepta est cum conceptu Dei filium nisi dicas post incarnationem fuisse magis impeccabilem, quia iam actu habebat dignitatem matris Dei, cui velet ex natura rei debita erat hæc gratia confirmationis: ante incarnationem vero Deus perfectioni sue sapientiae, ac prouidentiae veluti debebat illam Virginis conferre, quam in matrem suam prædestinauerat. Ita ex Suarez. Hanc porto Virginis confirmationem in gratia licet in modo eam explicandi non omnes conueniant, in re tamen eam affimant non solum Doctores, qui sine originalitate eam conceptam existimant, sed etiam etiam, qui fecerunt sententiam, eamque confirmant ex consensu & traditione Ecclesiae, vt ait Suarez sect. 4. quare hoc modo intelligit plenitudinem gratiae Virginis, & extat in his item, & Patrum testimonis, quocum aliqua sibi attulimus: Ecclesia præterea cum Virginis Conceptionem, & Nativitatem celebrat, arbitratur eam tunc habuisse sanctitatem, que non poterat amitti, solemniter enim tunc eam sanctitatem veneratur, quæ est per.

Suarez.

B. Virgo fuit  
impeccabilius ab in-  
stante 146  
Conce-  
p-  
tione.

Suarez.

Offic. Eccl.

O      pericula

**Virginis  
impecca-  
bilias va-  
rie signifi-  
catur.**  
**Exod. 25**  
**Psalm. 45.**

petuò duratura. Hanc Virginis impeccabilitatem ligna feticm ob imputabilitatem tantope-  
te celebrata significabat, ex quibus constabant  
atae foederis, & mensa patris Exod. 25. quæ  
Virginem, ut dixi capit 1. adumbibant.  
Quam impeccabilitatem Regius Prophetæ  
Psal. 45. illis verbis prædixit: Deus in medio  
eius non commouebitur, & quasi reddendo ra-  
tionem subiecit: Adjuuabit eam Deus manæ di-  
luculo, nimirum statim initio; quo indicat  
auxilium oportuno tempore, nimis rurù in ipso  
puncto immaculatae Conceptionis eidem Vir-  
gini concessum.

**Virginis  
ex impeccabi-  
litate  
præstantia  
Clement.  
Alexand.  
Nazianz.**

Ex quibus præstantiæ satifissimæ Virgi-  
nis intelligere possumus, siquidem Clemens  
Alexandrinus lib. 1. pædag. cap. 2. Optimum,  
inquit est, nullo modo peccare penitus, quod qui-  
dem esse dicimus. & Nazianzenus orat. 4. Eum;  
inquit, vita statim, qui omni profecto peccato va-  
cas. Deus supra humana natura modum confi-  
tui. Et ramè singulare priuilegio Virginis hoc  
communicare voluit.

**Virgo An-  
gelæ &  
Santos in  
impecca-  
bilitate.  
superat.**

23. Ex dictis in infero, ut initio hujus cap. di-  
cebamus, à Virgine, quod quidem pertinet ad  
hanc firmitatem, qua proximè Deo semper  
adhæsit, non solùm homines sanctitate pœ-  
claros, sed etiam Angeli omnes, antequam  
illi beatitudinem consequerentur, longè sive  
superatos: nam licet aliqui insignes Sancti  
confirmati fuerint in gratia, utpote Apostoli  
in die Pentecostes; omnes tamen originale  
peccatum continxerunt, & a vénia bilibus e-  
stiam post confirmationem in gratia, non si ère  
immunes. ex Tridentino Concil. sess. 6. cap. 11.

**Trident.  
Concil.**

Auguſt.  
Gregor.

**S. Thom.  
Albert.**

Angeli quoque Sancti dum erant in via, ut  
Theologi scholastici loquuntur, antequam  
per beatitudinem confirmarentur in botio,  
licet non peccauerint ex dono gratiae effica-  
cis, & perseverantiae à Deo ipsis collato, ut  
ex Augustino colligitur 12. de Civitate cap.  
9. & Gregorio lib. 34. moral. cap. 37. tamen  
non dicuntur consummati, ut colligitur ex S.  
Thoma 1. part. q. 95. art. 1 ad 3. & ex Alberto,  
ut dicimus, sic uti fuit Virgo sacratissima, quæ  
non tantum ex singulari benevolentiae stu-  
dio, quod eam Deus prosequebatur; sed etiam  
quia futura erat Mater Christi immaculata,

**Ratio Al-  
britten  
impeccabi-**

amplissimam firmitatem, ac in Deo stabili-  
tatem, seu confirmationem in gratia per do-  
na specialia copiosissima ab ipso Deo est a-  
depta. Huc spectat, quod ex Alberto Magno  
affert S. Antonius 4. part. tit. 15. cap. 44. q. 5.

vbi probat charitatem Virginis fuisse magis  
incessabilem, vt ipse dicit, charitate Seraphim utru-  
bis veribus: Incessibilitatem, inquit, habuit Bea-  
ta Maria super Seraphim, quod sic probat Albertus. Abi-  
nus: Magis incessabile est quod non cessat, nec potest. Magis  
modo cessare, nec unquam potuit cessare, quam S. Anto-  
nius non cessat, nec potest cessare, sed tamen potest non  
cessare aliquando cessare, sed charitas Seraphim, qd  
si non potest modo, potest tamen aliquando cessa-  
re, scilicet in prima vñrum conditione, quod patet  
per exemplum Luciferi qui secundum B. Gregorii B. Grati-  
um supremus fuit de ordine Seraphim, qui à  
charitate sibi collata cecidit de celo: sed charitas  
B. Mar. an unquam potuit cessare, quod ostendit  
per mortale peccatum, sed nunquam potuit pec-  
care mortaliter, quia in utero sancti facta, ante-  
quam posset peccare per ipsam sanctificationem i-  
ta fuit confirmata in gratia, & charitate, quod  
postea peccare non potuit etiam mortaliter, vnde  
nec amittere charitatem, quid tamen potuerunt  
Seraphim agere, & de facto aliqui amiserunt, scilicet  
Lucifer cum suis, ergo Beata Maria in hoc  
omnes excellit. huc & scilicet S. Antonius ex Al-  
berto Magno. Quid tamen addat donum con-  
firmationis in gratia Virginis in tanto plenitu-  
dine collatum, vt ne venialiter quidem pec-  
care potuerit, supra donum perseverantiae ef-  
ficacia Angelis sanctis concessum, cum quo in  
sensu composto in fallibiliter non poterant à  
gratia finaliter excidere, non est huius loci do-  
cere, videndi sunt Theolog. in 1. & Sua. lib.  
3. in priuam partem cap. 10.

### FOMES IN DEIPARA A SVĀ Concupiscentia extintus.

24. Circa formitem vero quando in Vir-  
gine fuerit extintus suppono ex 1. 2. Rom. 7.  
Fon. tem. seu concupiscentiam esse appeti-  
tum sensituum iustitia originali, vel simili-  
dono supernaturali non cohibetur seu re-qui sit.  
frenatur, quatenus inordinatæ, & absque in Virgine  
rationis consensu sensibilia interdum appre-  
hendit, quæ concupiscentia aliquando extinctus  
ab Apostolo appellatur peccatum Rom. 7. Rom. 7.  
quod habitat in me peccatum, non quod vere in  
renatis sit peccatum, sed quia ut docet sacram  
Concilium Tridentinum sess. 5. Ex peccato ist. Concil.  
& ad peccatum inclinat, quod docuerat Augu- Trident.  
stinus lib. 1. de nuptiis & concupiscentia cap. August.  
23. & est relata in baptizatis ad agendum: Qui 8m